FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Carl Wilhelm Kelch.

Kelch, Carl Wilhelm

Königsberg, [1802]

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-175691

Visual Library

1M1C436

Q. D. T. O. M. F. F. Q. E. I.

68b

De Vita
animo et consilio Caroli Wilhel-
mi Villek.

Patre sacerdote in Borussia occiden-
tali d. 12 Febr. 1781 natus, a pueris statim
iis artibus, quibus puerilis aetas imper-
tiri solet, imbutus sum. Nullo, nec rei familiaris
nec familiaritatum aut coniunctionum,
praesidio fretus, pater meus me ad veram
pietatem christianam mature manuducere
tentavit, nulla in re, quae huc pertineret,
puerilem ferens levitatem, sed quod optimum
factu iudico, pudoris sensibus commovens
animum. Ao 98 ex privata eius institutione
dimissus Regiomontum abii: ubi me protinus
professoribus et Doctoribus Kraus, Wald, et
Schulz, viris summa in aeternum mihi reve-
rentia et pietate colendis, clientem dedi. His
si possem, exigerem monumentum aere pe-
rennius, aeternumque laudum suarum prae-
conium peragerem.

Plurimum in initio temporis philologiae
dicavi studiis, nec tamen facultas linguae ang-
licae addiscendae mihi oblata. Biennium
deinde

deinde in philosophicis scholis versatus
totum me Theologiae studiis dedi, ardore eam
amplectens: quippe qui, peerratis philosophia:
rum scientiarum finibus, mihi persuasi, omnes
quidem lacto ac iucundo suo fructu gaudere;
verum hominem, nisi praecaveat, nisi ad in
tima penetret, et quis facile ille acerrimus Apollo, siden
tem nimis suis viribus et arrogantem red:
dere: doctrinam autem divinam, nec iusto
fortius deprimere, nec iusto altius efferre
hominem, eumque hanc viam in vita a:
genda docere, ubi laetissimus eat. Sed haec
non sola bona quae proveat; sola in homi
nibus salvandis beandisque occupata, intimis
grati pectoris sensibus erga Deum atque auto
rem religionis nostrae, cui modo parum sanae
mentis, afficiatur necesse est. Conspicimus claris:
sima hic, benignitatem ac misericordiam pa:
tris infinitam, in mittendo filio μονογενῆ, hu:
iusque voluntatem iussa patris haud detrectan
tem, in omni genere bonorum hominibus pro
curando. Quae puto sola sufficiunt, hominem
veritatis studiosum, omni amore fortunae ter:
renae abnegato, et sibi hisce erudiendo ac con
firmando, et aliis itidem iis beandis ac felices
reddendis, omnem navare operam.

Iis sensibus innitens, ego, sermone nuper
obiter

[...]riter instituto, de mittendis ad gentes prae-
conibus, nullis nec commodis allectus, nec im
pedimentis deterritus, nec ullius hortatibus
vocibusque instigatus, sponte, proprio mentis
impulsu, libero arbitrio, consilium et
proficiscendi et religionis christianae com
modis serviendi, cunctaque pro ea incommo:
da subeundi, cepi. Nec quidquam huic
in re meis studiis obicem ponet, utpote cui
persuasissimum est, omnia, a Christo domino
nostro, regi ac curae divinae cuncta subesse:
[vita]m et mortem libenter subiturus, si modo
voluntatem numinis benigni, in docendo et
adducendo homines ad veram felicitatis fontem
assequar. Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι, οὐδὲ πώποτε
ἐπαισχυνθῆναι, τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.
Quod quidem opus suscepturus, propinquos
meos non respicio, Christi dicto firmus, αὐτὸν
οὐκ ἐδύνασθαι βαδίζειν [illegible], ἀλλὰ [illegible]:
εαν. Verum enimvero parentes mei, commodis
religionis christianae, si quae esse possint, taci:
ta sui pectoris vota postponunt. Ne vero solus
his me committam ausibus, propitia Dei volun
tas, me, Thesea fide, coniunxit Wagnero, a quo
in hoc ἔργῳ feliciter suscipiendo, seiunctus
esse nequeo. Fortunet modo Deus ter optimus
maximus propositum nostrum, ut in salu
tem

tem multorum cedat, nosque in dies, quae
est eius gratia, firmiores et aptiores huic mu
neri subeundo reddat. Adiuvet nos in linguis
peregrinis brevi et facile addiscendis. ~~que~~
reliqua curae eius benignae committimus.
Quicquid deinde et calamitatum interve:
nerit; quicquid adversitatum nos prostraverit,
quicquid impedimentorum obstiterit; certe
de gemu pugnabimus, spe fisi, fore, ut
Deus et Dominus noster, nunquam non, nobis
et iis quibus adiungimur, sit propitius, sique
peractis strenue, huius vitae in laudem ac ho
rem Dei, laboribus, nos in aeternam patriam,
quam suis servat, ducat.

manu propria scriptum
Carol. Wilhelm. Keletz.

Franckesche Stiftungen zu Halle